



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

5. De resolutione fidei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P. V.

*De Resolutione Fidei.*

NB. Ides diuina ex parte obiecti ac motuui for-  
 malis, resolutur in authoritatem Dei reue-  
 lantis. Credo Deum esse incarnatum, Ecclesiæ defi-  
 nientis authoritatem intelligibilem esse, quia prima  
 & summa veritas haec nobis reuelauit. Deum autem  
 veracem nobis reuelasse, vterius resolui, per fidem  
 probari non potest, nec debet, quia principia reso-  
 lutionis non probantur sed supponuntur.

Verum in ordine ad nos, revelatio diuina credi-  
 bilis, & acceptabilis fit per extrinseca motiva, inter  
 quæ vnum ex præcipuis merito censetur authoritas  
 & consensus Ecclesiæ, tot seculis, tanto numero ho-  
 minum clarissimorum, florentis, item miracu-  
 la &c. 362.

NB. Alios alijs facilius moueri ad fidem ample-  
 etendam, tum propter maiorem Illustrationem Spi-  
 ritus S. tum propter animi sui simplicitatem, quia de  
 opposito errore persuasionem nullam concernunt.  
 Qua ratione pue i apud Catholicos, ad usum ratio-  
 nis peruererunt, acceptant Fidei mysteria, tanquam  
 diuinitus reuelata, quia natu maiores & prudentes,  
 quos ipsi norunt, ita credere animaduertunt. 362.

## C A P. VI.

*De Ordine Rerum credendarum.*

**I**nter credenda absolute primum est, quod Deus  
 sit. Dicas hoc naturaliter potest cognosci. Resp. I.  
 potest cognosci naturaliter, quod Deus sit author  
 naturæ, & effector huius mundi: sed haec co-  
 gnitio non sufficit ad salutem. Sed requiritur ut a-  
 gnosca-